



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 50. Liber, cui titulus: Instructio familiaris puerorum: censura notatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.

§. L.

*Liber, cui titulus: Instructio familiaris puerorum: censura notatur.*

Undecima Mensis Maji die Facultas Argentré ib.  
habito conventu quemdam librum <sup>p. 187. 188.</sup> Gallico idiomate conscriptum, & Parisiis impressum, cui titulus: *Instructio familiaris, ac Christiana puerorum, censura perstringebat*; cum enim Joannes Loguejus Doctor plures errores in hoc libro contentos recitaret, re in deliberationem vocata sequens pronuntiabatur censura: *Hic liber est juventuti instituendæ valde perniciosus, ut qui a recepta, & antiqua Ecclesie instructione, & Patrum consuetudine recedit, & in quo præter variis errores, & falsas sacræ Scripturæ expositiones, hæreses de imaginibus tollendis, & maxime contra Sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum continentur: Ad hæc in eo multa juventuti, & Christianismo necessaria perperam omittuntur, quibus consuevit juventus erudiri pie: ideo supprimendus, & catalogo reprobatorum librorum inscribendus est.*

Pronuntiata hac censura duo alii proferebantur libri, quorum primus hunc titulum præferebat: *Alphabetum, seu instructio Christiana pro pueris recognita,*

G 4 corre-

Sæcul. XVI  
A.C. 1558.

correcta, & rursus aucta: alter vero liber inscribebatur: *Instructio Christiana unacum Calendario Romano*, cui plures historiæ tam veteres, quam novæ adjiciuntur, apud Guilielmum Thibout typis impressa. Uterque hic liber a Facultate fuit damnatus, præcipue vero postremus hac censura notabatur: *Hoc Calendarium adnumerat inter Sanctos Tertullianum, & Origenem*, qui ab Ecclesia pro Sanctis non sunt recepti, econtrario eos, qui Sancti ab Ecclesia habentur, uti Eleuterius, & Zephyrinus, & alii, qui summi fuerunt Pontifices, & Sancti Martyres, sine nomine sanctitatis refert; præterea in dicto Calendario, & Sanctorum Catalogo præter hanc receptionem laudabilem usum multa admiscentur profana, quibus potius corruptitur, quam pie instituitur juventus, hinc omnino suppressendum est.

Die quarta Julii eadem Facultas in unum cœtum congregata hortabatur sui Ordinis Concionatores, ut populum in pace, & obedientia Episcopis, Magistratibus, & Regibus debita contineant: sequenti vero Mense die decima septima Augusti Sacra facultas interdixit, ne Bacalaurei, sive Magistri in Disputationibus vel in Concionibus, auctoritate Joannis fabri Stapulensis, & Erasmi, Cajetani, aut profanorum Scriptorum uterentur, vel hosce auctores allegarent: insuper etiam

etiam Facultas prohibuit, ne Doctores Sæcul. XVI.  
verbis uterentur parum honestis, vel A.C.1558.  
modestiæ, ac decentiæ adversis: Id quo-  
que die septima Decembris rursus in-  
novatum fuit.

## §. LI.

*Propositiones Ægidii Bigotii censuris  
perstrictae.*

Prima die Septembris eadem Facultas *Argentre*  
congregationem pro more in Sorbo-p. 189.  
nensi Collegio post rem divinam de Spi-  
ritu Sancto peractam habebat, ubi qui-  
dam Abbas a Bajocensi Episcopo able-  
gatus in pleno Facultatis confessu no-  
mine sui Episcopi Decanum, ac Docto-  
res rogabat, quatenus nonnullas proposi-  
tiones, quas Ægidius Bigotius Cado-  
mensis Universitatis Doctor enuntiave-  
rat, sedulo examini subjicerent, eas-  
que, si ita videbitur, censuris notarent:  
Itaque ad illius preces Facultas præ-  
primis declarabat, mentis suæ esse,  
quod nec deputati, nec Facultas om-  
nes propositiones, quas quævis Personæ  
afferrent, vel mitterent, censura notan-  
das acciperent, sed tantum eas, quas  
vel Episcopi, vel judices, aut gravita-  
tis, ac auctoritatis magnæ Viri affer-  
rent, vel mitterent.

Postea decrevit Facultas, ut propo-  
sitiones a Bajocensi Episcopo denuntiatæ

G 5                   præ-